



N.B. L'esemplare (timbri della  
classense) presente da  
antiche vendite di duplicati

~~H. J. H.~~ W. Ton

Coll.  
76 cc.n.

~~F-I-51~~

~~25.110<sup>2</sup>~~

A II 39



*THEOCRITI  
SYRACUSANI POETÆ*

*Clarissimi Idyllia trigintasex,  
recens è græco in latinum, ad  
uerbum, translatæ; Andrea  
Diuo Iustinopolitano  
interprete.*

*Eiusdem Epigrammata, Bipennis,  
Ala, & Ara, latinitati donata; z  
eodē Andrea Diuo interprete.*

*Cum Gratia & Priuilegio  
Senatus Venetī.*

*VENETIIS M. D. XXXIX.*



b. 92

H  
III  
15-

THEOCRITI

SYRACUSANI POETAE

Catullus Iulius Vergilius et

DR. 53566 / HENRI

Dico Tulliobolitano

intervalle.

Etigem Epitomam, flosculum

Vnde, &c. ut, tuncq; qd; est

longe antiquis Dine interclusis

Cum Grecis, & Romanis

septem Aucto.

AVENTINUS M.D.XXXIX.

101509968

ANDREAS DIVVS IVSTINOPOLIS  
TANVS OTHONELLO VIDÆ PA= 2  
TRITIO IVSTINOPOLITANO,  
in iure consulto excellentissimo. S. P.

**C**um superioribus annis Othonelle excellentissime  
sepius animo voluntarem, q̄ fragilis, breuisq; esset,  
qua fruimur, vita: cepi tecum paulo diligentius cogita-  
re, qua potissimum ratione id assēqui possem, vt neq; silen-  
tio vitam transegisse viderer, et memoriam mei q̄ maxime  
longam efficerem. In qua quidem cogitatione tametsi pri-  
mo incertus fui quid sequerer, cum multa se mihi, vt varia  
sunt mortaliū studia, offerrent: summam tamen hanc po-  
stea consiliorum meorum feci, duarum tantum rerum, ani-  
mi scilicet ac corporis viribus gloriam omnem comparari  
solere. Quorum quidem alterum cum nobis cum bel-  
luis, alterum cum diis cōmune esse non ignorarem: sūltior  
mehercule Chorœbo (quod aiunt) ipso vel me iudice fu-  
isset: nisi in genij maluisse, q̄ corporis opibus gloriolam  
mihi aliquam comparare. Nam quę corporis viribus egre-  
gie gesseris, ea tāetsi propter ipsius rei amplitudinē sum-  
mam sibi gloriam, et nomen vindicant: tamen nisi littera-  
rum etiam monumentis prodita fuerim, quin temporum ve-  
tustate, et iniuria intercidant, nemo est (meo quidem iu-  
dicio) qui dubitet. Quid enim (vt aliorum præclara faci-  
nora taceam) Achillis rebus gestis ac viribus magis cele-  
bres: et tamen vel viuis Cic. testimonio, nisi a summo vas-  
te memoriae mandatæ fuissent, idem tumulus, qui corpus  
eius contexerat, nomen etiam obruiisset. Quapropter cum  
optime scirem non eos modo, qui fecerint, sed etiam, qui  
aliorum facta scripserint, laudari non mediocriter solere;  
videremq; idem propemodum laudis summorum scripto-

rum opt. interpretibus contingere: non paucorum doctis= simorum hominum exempla securus optimū fōtu, nec inuitilem multis fore laborem nostrum tum existimauit: si ex græcis poëtis aliquos in latinum verterem sermonem. Nā quod ad gloriam, et laudem nostrā attinet: iam tum mibi tantum expecebam, quantum industria nostra utilitatis, et adiumenti studiosis attulisset. In eam igitur cogitationem cum me dedisse, tantum absfuit, ut eius me consilijs, et sententiæ pœniceret: ut proximis annis Homerū iam, et Ari= stophanem, nunc demum uero Theocritum etiam latine ad uerbum excudendos curarim. De cuius quidem poëtæ cū suauitate, tū elegantiā nihil est Othon. suauissime, cur tibi multa prædicem; cum et tu melius me noris, et Maro ipse latinorum omnium poëtarum facile princeps sibi in Bulicis suis imitādū delegerit. Hunc uero cogitanti mibi, cui potissimum nuncuparem: nemo planè in mētem uenit, apud quem rectius operam nostram, q̄ apud te locatam pu=tarem: id ipsumq; multis, et maximis de causis. Nam, ut omittam, quod eadem utriq; nostrum est patria, tanta inest tibi cum probitas, tum morum elegantiā, et suauitas: ut omnes te non possint non summopere et amare, et obser=uare plurimum. Ad hæc uero, quæ quidem plurimi facien da sunt, accedit etiam singularis quædam non in iure modo, sed etiam in his humanioribus studijs peritia: ut non iniuria et iurisperitorum eloquentissimus, et eloquentis= simorum iurisperitissimus dici possit. Hoc igitur officium meū, quod perpetuū mei erga te amoris, et obseruatiq; testimonū esse uolo: si tam gratū tibi ac probatum fuisse intellexero, quam et cupio, et fore confido: non medio= crē ex hoc labore, ac uigilijs fructum me accepisse putabo. Tu bene uale, et me, ut soles, ama.

# THEOCRITI GENVS ET VITA.



HEOCRITVS ILLE Bucolicorum poëta syracusanus erat genere, pairis Simichidē: ut ipse dicit, Simichida quo nam tu meridianum pedes trahis ē. Alij autem simichidem cognomen esse dicūt. Videtur enim simus esse aspectu.

Patrem autem habuisse Praxagorā, & matrē Philinam. Auditor autem Philite & Asclepiadæ, quorum meminit. Viguit autem secundum Ptolemēum cognominatum Lazgoon. Circa autem Bucolicorum poësim ingemiosus natus multam gloriam adeptus est. Secundum igitur quos dā Moscus nominatus, Theocritus appellatus est. Sciendum q̄ Theocritus fuit coenius Aratoq; Callimachoq; & Nicandro. Fuit autem in temporibus Ptolemæi philadelphi. Dōrica autem lingua usus est noua. Duæ autem sunt, antiqua & noua: illa quidem antiqua aspera quidem est, & non bene intelligibilis: hæc autem noua, qua & Theocritus utitur, mollior & facilior, q̄ quæ ab Epicarmo & Sophrone usurpatur: non tamen relinquit etiam æolicam,

VBI, ET QVA RATIONE INVENTA  
SVNT BVCOLICA.

BVcolica dicunt in Lacedemonia inuenta esse, & abū dē promotionem assecuta esse. Nam Persicas instanzib⁹ adhuc, & timore omnem Græciā turbantibus, constitutum est festum Dianæ Caryatidis. Sed uirginibus occultatis propter ex bello terrorē, rustici quidam ingrediētes in templū proprijs cantibus Dianam laudauerunt. Huius autē horum peregrinæ musæ optimæ factæ remansit

confuetudo, et conservata est. Alij autem in Tyndaride  
Siciliae primū incepta esse dicunt Bucolica. Oresti enim  
efferenti simulachrum Dianæ ex Tauris Scythiae, oraculum  
excedit, in septem fluijs ex uno fonte fluentibus ablui. Hic  
anum veniens ad Rhegum Italæ, scelus lauit in differentibus  
dictis fluijs. Postea in Tyndaride Siciliae peruenit Cir-  
cuhabitores autem Deam proprijs poematis laudantes, co-  
fuetudini primā tradiderunt inuentionē. Ceterū verus  
sermo hic. In Syracusanis contentione aliquando facta, et  
multis ciuibus interfectis, in concordia multitudine talem  
aliquando ingrediente, nisa est Diana causa fuisse pacis.  
Rustici autem dona tulerunt, et Deā leti laudauerūt, postea  
agrestibus uocibus locum de derunt et consuetudinem.

## DE DIFFERENTIA BUCOLICORVM.

**B**ucolica at hinc differentia poëmatū inscriptione. Etenim  
capraria sunt, et pastoralia, et mixta. Hac quidem ab  
nobis accepterunt denominationē, optimo existente animalis  
propter quod et Bucolica dicta sunt oīa. Dicit autem bubul-  
lus à boues appellere, uel prohibere in cōgregatas, uel à boues  
saturare et curare: uersioē immutabilis in immutabile. Cane-  
re autem dicit ipsos panē suspēsionā alii i se figurā habētes  
et perā oī semine plenā, et uinū i caprino ure libationē  
præbēs obuiatibus, coronāq; circūponi, et cornua teruore  
præponi, et in manibus habere pedū. Vincētes autem accipe  
panē uicti: et illū qdem in Syracusano manere ciuitate.  
Victos autem in circuhabitores ire, cōgregates sibi ipsiis nu-  
trimēta. Dare autem alia qdā ludicru et risum cōnēcta, et  
laudantes dicere: suscipe bonā fortunā, suscipe sanitatem  
quam ferimus à Dea, quam iussit illa.

DE THEOCRITI BUCOLICORVM  
INSCRIPTIONE.

**S**ciendum quod Idyllium dicitur paruum poëma à species  
idest aspectus. non aut idyllium à lœtifico. A LITER.  
Idyllum dicitur quod species est sermonis: diminutiu[m] uero  
speciunctula. Nota in capris capraria, in bobus boui-  
lia, in ouibus ouilia, in suibus suilia.

DE POESIS CHARACTERIBVS.

**O**mnis poësis tres habet characteres: narratiū, acti-  
ū, et mixtū. Bucolicū autem poëma mixtio est ois spe-  
ciei tanquam cōmixtū. Ideo et gratiosius uarietate mixto-  
nis. Aliquando quidē compositum ex narratio, aliquā-  
do autem ex actio, aliquando autem ex mixto, idest actio-  
no et narratio, aliquando autem ut contigit. In quantum  
autem fieri potest haec poësis rusticorum species exprimit,  
delectabilium ualde rusticitate trifles figurans. Effugie  
autem arduum et superbū poëseos.

ARTEMIDORI GRAMMATICI IN  
congregatione Bucolicorum poëmatum.

Bucolicæ musæ sparsæ quondam, nunc autem simul omnes  
Sum unius mandræ, sum unius gregis.

THEOCRITI IN SVVMIPSIVS LIB.

Alius Chius, ego autem Theocritus qui haec scripsi:

Vnus à multis sum Syracusanis,

Filius Praxagore, per incliteq; Philinæ.

Musam autem alienam nullam attraxi.

## ARGUMENTVM PRIMI IDYLLII.

**H**oc argumentum in Daphnīn scribitur, qui per quidem hoc Idyllium mortuus est, per autem sequens tanquam uiuentis meminit: ramen hoc præordinatum est propter gratiosius & artificiosius aliis magis coordinatum esse. & Pindarus. incipiente autem opere dicit persona oportet ponit splendida. Est autem amtebæū & actuosius, non subiecta poetica persona. Illæ quidem res dispositæ sunt in Sicilia. Pastor autem quidam introducitur ad capratum disputans, cuius nomen non est cognitum.

## ALITER.

**I**n hoc Idyllo disputatione adinuicem Thyrsis pastor & caprarius, uel Menalcas, uel Comatas. ignoratur autem caprarij nomen.

## DVBITATIO.

**Q**uomodo bucolica icripta sunt non existentibus vniuersis bucolicis: sed et pastoralibus et caprarijs? SOL. Ex meliore parte haec quadrupedū inscripserunt. DVB. Quomodo non inscribuntur haec poëmatia dialogi? Disputat. n. in aliquibus psonæ: sicut et illa Luciani. SOLV. Non uoluit poëta ponere diuersas et uarias inscriptiones, sed unam congruentem omnibus poëmatibus ipsius. Species enim sermonis est et narrativa et activa et mixta: et propter hoc subscripta sunt Idyllia.

DVB. Quomodo non subscriptum est in Idyllo hoc caprarij nomen, sed pastoris? SOL. Propter futurum esse induci pastorem melius calamo loquentem.

## DE INSCRIPTIONE PRÆSENTIS IDYLLII.

**T**heocriti Thyrsis vel Cantus. hoc est uolens Thyrsin subscribat uel Cantum. Thyrsis quidem enim est pastor modulans, Cantus autem modulatio cantata.

THEOCRITI  
BUCOLICA.

THYRSIS, VEL CANTVS.

IDYLLIVM PRIMVM.

THYRSIS.



VLC E M quendam susurrum & pi-  
nus capraria illa  
Quæ apud fontes canit, dulce aut & tu  
Fistulacanis, post Pana secundum pre-  
mum auferes.

Si ille accipiet cornutum hircum, ca-  
pram tu accipies.

Si autem capram accipiat ille donum, in te defluet  
Capella; capelle autem bona caro donec mulseris.

Cap. Dulcior o pastor tuus cantus q̄ quæ resonans  
Illa à petra distillat superne aqua.

Si mūsæ agniculam donum ducent,  
Agnum tu pinguem accipies donum: si autem placeat

Illis agnum accipere, tu autem onem posterius ages.

Thyr. Vis per nymphas, uis Caprarie hic sedens  
Ad declivem hunc collem, ubi myricæ,

Canere has autem capras ego interea pascam.

Cap. Non fas o pastor meridie, non fas nobis  
Tibi acinere; Pana timuimus: certe enim à uenatione

Quando defatigatus quiescit, est amarus.

# THEOCRITI

Et ei semper acutabilis in nare sedet.  
Sed tu enim iam Thyrsis Daphnidis dolores cane.  
Et bucolicæ ad sunnum uenisti musæ.  
Age sub ulmum sedeamus sub hac statua Priapiq;  
Et harum nympharum è regione, ubi sedes  
Illa pastoralis & quercus, si autem cantabis,  
Sicut aliquando ex Libya in Chromin cantili tertans;  
Capramq; tibi dabo gemello senixam ad ter mulgere:  
Quæ duos habens hedos admulgebitur in duas muleras.  
Et profundum poculum unctum dulci cera,  
Ansatum, nuper factum, adhuc sculptura olens.  
Huius circum quidem labra uoluitur supernè hedera,  
Hedera Helichryso ornata: sed iuxta ipsam  
Fructu capreolus uoluitur lètatus croceo.  
Intus autem mulier quædam deorum opus fabricata est,  
Ornata indumentoq; & uitta: iuxta autem ipsam uiri  
Pulchre comati uicissim aliunde alias  
Certant uerbis: hæc non mentem tangunt ipsius.  
Aliquando quidem illum ad respicit uirum ridens,  
Aliqñ aut rursus ad huc proijcit mené: illi aut pre amore  
Diu genas tumefacti inaniter laboram.  
His autem cum pescatorq; senex petraq; fabricata est  
Aspera, in qua festinans magnum rete ad iactum trahit  
Senex, laboranti fortiter uiro similis.  
Diceres quidem membrorum ipsum quantū robur pescari,  
Sic ipsis timent in ceruice undiq; uenę:  
Et cano licet existenti, robur autem dignum iuuentute.  
Paululum autem quantum longe à mari laborante sene  
Rubris uinis bene grauata est uinea,  
Quam parvus quidem puer in sepibus seruat.

Sed ēs: circū aut ipsū duę ulpes. hēc qdē i ordīes uinearū  
 Vadit lœdens comestibilem: illa autem in peram  
 Om̄nem dolum præparans puerum non prius remissurā  
 Dicit q̄ incēnatū in siccis sedere fecerit.  
 At hic culnis pulchram texit fiscellam  
 Iunco adaptans: cura est autem ei neq; aliquid perœ,  
 Neq; plantarum tantum quantum circa texturā gaudet.  
 Undiq; autem circū poculum circūdat humdus Acathus  
 Terribile quoddam miraculum mōstrū te animū cœrere.  
 Hoc quidem ego Porthmeo Calydonio capramq; dedi.  
 Premium, et caseum magnum aibi lactiss  
 Neq; adhuc aliquo ad labrum meū extigit, sed adhuc iacet  
 Immaculatum. hoc et tibi ualde alacris placebo,  
 Si mihi tu amice optatam laudem cantabis.  
 Neq; tibi inuideo unquā o bone: illum enim cantum  
 Non aliquomodo ad inferos obliuionē inducētes seruabise

**Thyr.** Incipite bucolicum musæ dilectæ, incipite cantum,  
 Thyrsis hic ex Aetna, et Thyrsidis hæc uox.  
 Vbi tūc utiq; eratis qn Daphnis liq; sebat: ubi tūc nymphæ  
 An iuxta Penei pulchra Tempe: an iuxta Pindus.  
 Non enim fluuij magnum fluxum habitabatis Anapi,  
 Neq; Aetna speculam, neq; Acidis sacram aquam.  
 Incipite bucolicum musæ dilectæ, incipite cantum.  
 Illum quidem Thoës, illum lupi ulularum,  
 Illum et ex sylua leo refleuit mortuum.  
 Incipite bucolicum musæ dilectæ, incipite cantum.  
 Multæ ei apud pedes boves, multi autemq; tauri,  
 Multæ autem rursus iuuencæ et uitulæ luxerunt.  
 Incipite bucolicum musæ dilectæ, incipite cantum.  
 Venit Mercurius primus à monte, dixit autem, Daphnis

THEOCRITI

Quis te consumit, quem o bone tantum amasti?

Incipite bucolicum musæ dilectæ, incipite cantum.

Venerum bubulci, pastores, caprarij uenerunt.

Oës interrogabat quod passus fuerit malum. uenit Priapus

Et dixit. Daphni miser quid tu liquefis? puella autem

Omnem per fontem, omnia nemora pedibus fertur,

Incipite bucolicum musæ dilectæ, incipite cantum.

Quærens. difficultis in amore quidam ualde et impotens es.

Bubulus quidam dicebaris, nunc autem caprario uiro similis es.

Caprarius quando inspicit capras quomodo inscedimus,

Liquefit oculos quod non hircus ipse factus est.

Incipite bucolicum musæ dilectæ, incipite cantum.

Et tu autem quando inspicias uirgines qualiter rident,

Liquefis oculos quod non cum ipsis tripudias.

His autem nihil unquam dixit bubulus; sed ipsis

Perfecit amarum amorem, et in finem festinauit fati.

Incipite bucolicum musæ dilectæ, incipite cantum.

Venit quidem dulcis et Venus ridens.

Clam quidem ridens, grauem autem animum tolerans;

Et dixit, tu amorem gloriabar Daphni ligaturum.

An non ipse amore ab difficultate uinctus es?

Incipite bucolicum musæ dilectæ, incipite cantum.

Hanc autem et Daphnis ad respondit. Venus grauis,

Venus odibilis, Venus mortalibus inimica,

Iam enim dicit omnia sol nobis: abiit

Daphnis, et in inferno malum erit dolor amoris.

Incipite bucolicum musæ dilectæ incipite cantum.

Vbi dicitur Venerem bubulus uade ad Idam,

Vade ad Anchisen: illic querucus, hic cyperus.

Hic pulchrum resonant in aluearibus apes.

ID YLLIVM. I.

7

Incipite bucolicum musæ dilectæ, incipite cantum.

Pulcher & Adonis, quoniam & oves pascit,

Et lepores iaculatur, & feras omnes insectatur.

Incipite bucolicum musæ dilectæ, incipite cantum.

Rursum ut stes Diomedem prope iens.

Et dic bubulcum uinco Daphnem: sed pugna mihi.

Incipite bucolicum musæ dilectæ, incipite cantum.

O lupi, o thoës, o supra montes latentes urfi,

Valete, bubulcus uobis ego Daphnis nō amplius per syluā,

Non amplius per lucos, non nemora: Vale Arethura,

Et fluuij qui funditis pulchram iuxta Thymbridē aquam.

Incipite bucolicum musæ dilectæ, incipite cantum.

Daphnis ego hic ille boues hic pascens,

Daphnis tauros & iuuencias hic aquans.

Incipite bucolicum musæ dilectæ, incipite cantum.

O Pan Pan, siue es iuxta montes longos Lycæi,

Siue tu circuis magnum Mænulum, ueni in insulam

Siculam, Helicæ autem lingue cacumen, altūq; sepulchrū

Illud Lycaonidæ, quod & beatissimum terribile.

Definite bucolicum musæ, ite definite cantum.

Veni o rex, & hanc fer bene compactam mel spirantem

Ex cera fistulam pulchram circa labrum reuolutam.

Certe enim ego ab amore in infernum trahor iam.

Definite bucolicum musæ ite definite cantum.

Nunc uiolas quidem ferte rubi, ferte autem spinæ.

Pulchra autem narcissus in iuniperis generet.

Omnia autem mutata fliant, & pinus pira ferat,

Daphnis quoniam moritur, & canes ceruus trahat;

Et ex montibus bubones hirundinibus garriane.

Definite Bucolicum musæ ite definite cantum.

# THEOCRITI

Et hic quidem tot dicens requieuit, hunc autem Venus  
Voluit resuscitare: sed quidem lina omnia defecerunt.  
Ex Parcis, & Daphnis iuit fluxum: alluit uortex  
Musis dilectum virum non nymphis inimicum.

Definite bucolicum musæ, ite definite cantum.  
Et tu da capram & poculum, ut mul gens  
Libemus musis. o gaudete saepe musæ  
Gaudete: ego autem uobis & in posterum dulcius canam.

**Cap.** Plenum tibi melle pulchrum os fiat,  
Plenum autem fouis, & ab Aegilo caricam comedas  
Dulcem: cicada quomam tu melius canis.  
Ecce autem tibi poculum, uide amice quomodo bene olet.  
Horarum lotum fuisse ipsum in fontibus putabis.  
Huc ueni Cissetha, tu autem mulge ipsam: capelle autem  
Non saltate, ne hircus nobis insurgat.

## FINIS PRIMI IDYLLI.

## ARGUMENTVM SECUNDI IDYLLI.

**S**Vbiacet in hoc Idyllo Simætha mulier uenefica, Delphidem quendam Myndij amans, quem pueriliter laborantem in palestra philtoris & pharmacis per quandam seruam Thesylidem incantans, in seipsum conatur traducere: inuocans Lunam & Hecaten, tanquam in amore conferentes, nocturnas existentes deas. Hanc autem Thesylidem Theocritus insolenter ex his Sapphonis translatis.

## IDYLLIVM SECUNDVM

## VENEFICA.



B I mihi lauri agē Theslyli? ubi autem  
philtrae V  
Coronato poculū phœnicæ ouis lana,  
Vt meum grauantem amicum deoueā  
uirum:

Qui mihi duodecimus ex quo miser nunquam uenit;  
Neq; cognovit utrum mortui sumus, an uiui sumus:  
Neq; ianuas pulsauit iniustus: certe ipsi alio  
Iuit tenens hic; amor ueloces mentes illaq; Venus.  
Ibo ad Timageti palestram  
Cras, ut ipsum uideam & accusem qualia mihi facit.  
Nunc autem ipsum ex ueneficijs excantabo. sed Luna  
Splende bene, te enim accinam silenter dea,  
Terre tremiq; Hecaten quā & catuli tremunt,  
Veniēte mortuorū supraq; sepulchra & nigrū sanguinē.  
Gaude Hecate erinnys, & ad finem nos sequere,  
Pharmacta hæc faciens peiora, neq; quicq; Circes,  
Neq; quicq; Medeę, neq; flauę Perimedę.

Motacilla trahē tu illum mecum ad domum uirum.  
Farinæ primum igne liquefium. sed disperge  
Theslyli misera, ubi mentes euolastis?  
Nunquid scelestæ & tibi ridiculum facta sum?  
Sparge simul & dic hæc, Delphidos ossa spargo.  
Motacilla trahē tu illum meam ad domum uirum.  
Delphis me dolore affectat, ego autem in Delphidē laurū  
Comburo: & si cui ipsa strepit ualde igne incensa,

THEOCRITI

Et è repente incensa est, & neq; cinerem uidemus ipsius.  
Sic & Delphis in flamma carnem dissoluat.

Motacilla trahe tu illum meam ad domum uirum.

Sicut hanc ceram ego cum fortuna liquefacio.

Sic liquefiat ab amore ille myndius statim Delphis,

Et sicut uoluitur hic trochus æneus ex Venere,

Sic ille uoluatur ad nostras ianuas.

Motacilla trahe tu illum meam ad domum uirum.

Nunc igne comburā furfura, tu autē Diana & in inferno

Moueres adamanta, & si quid firmum aliud.

Thestili canes nobis per ciuitatem latrant.

Dea in triujs æneum uelociter sonat.

Motacilla trahe tu illum meam ad domum uirum.

Ecce autem filet quidem pontus, silent autem uenti.

Hec autem mea non filet pectora intra tristitias;

Sed in illo tota comburor, qui me miseram

Pro muliere posuit malam & uittatam esse.

Motacilla trahe tu illum meam ad domum uirum.

Ad ter delibo, & ter hēc uenerabilis uociferor,

Siuē fœmina illum acclinata est, siue & vir,

Tantum habeat obliuionis, quantū aliquādo Thesea dicūt.

In Dia oblitum esse benecomate Ariadne.

Motacilla trahe tu illum meam ad domum uirum.

Equos furians planta est apud Arcades: hanc aut in omnes

Et pulli furiunt in montibus & ueloces equæ.

Sic & Delphin uideam, & in hanc domum penetrare,

Furienti similem pinguem extra palestram.

Motacilla trahe tu illum meam ad domum uirum.

Hanc à ueste fimbriam consumpsit Delphis,

Quam ego nunc uellens acerbo in igne depono.

Heu

Heu heu amor tristis quod mei nigrum ex corpore sanguine  
Inherens, sicut palustris quedam omnem hirudo ebibisti.

Motacilla trahe tu illum meam ad domum uirum.

Lacertam tibi terens potum malum cras feram.

Thestylī nunc capiens tu uenena haec illine

Illiū limen supra, ex item et nunc

Ex animo ligata sum. hic autem mei rationem nullā facit.

Et dic susurrans. haec delphidis ossa spargo.

Motacilla trahe tu illum meam ad domum uirum.

Nunc iam sola existens unde amorem lugebo.

Ex quo incipiam? quis mihi malum duxit hoc?

Venit Eubuli canistra ferens nobis Anaxo

Nemus in Dianae. cum hac multae quidem aliæ

Feræ ibant cum pompa circum: in autem leæna.

Dic mei amorem unde uenit ueneranda Luna.

Et me Theucharila thraciensis nutrix illa beata

Prope portam habitans deprecata est, et rogauit

Hanc pompam uidere. ego autem ipsam ualde misera

Sequebar byssi pulchram trahens uestem,

Et circum contrahens uestem Clearistæ.

Dic mei amorem unde uenit ueneranda Luna.

Iam autem existens media in uia ubi illæ lyctoris

Vidi Delphin simulq; et Eudamippum euntes.

His autem erat flauior quidem helichryso barba;

Pectora autem splendentia multo plus quam illud Lunæ.

Tanquam à gymnaſio pulchrum laborem nuper linquētibus.

Dic mei amorem unde uenit ueneranda Luna.

Et ut uidi ut insaniui ut me circum animus Iesus est

Miseria. pulchritudo autem tabescet: et neque aliquod populus

Illiū considerauit: neque ut iterum domum abirem.

THEOCRITI

Cognoui. sed me quidam igneus morbus consumpsit.

Iacebam autem in lecto decem dies et decem noctes.

Dic mei amorem unde uenit ueneranda Luna.

Et mei color quidem similis fiebat saepe Thapsi.

Fluebat autem ex capite omnes capilli: ipsa autem reliqua

Ossa item erant et pellis: et in quam non penetravit

Vel qualem reliqui uetulæ domum que incantaret?

Sed erat nihil leue: tempus autem perficiebatur fugiens.

Dic mei amorem unde uenit ueneranda Luna.

Et sic famulæ uerum sermonem dixi.

Eia age Thestyli, mihi difficilis morbi iueni aliquæ reme-

Omnem habet me misera illa myndius. sed iens (diu.

Observato ad Timageti palestram.

Illuc enim uadit, illic autem ei dulce sedere.

Dic mei amorem unde uenit ueneranda Luna.

Et postquam et ipsum existetem didiceris solu, silenter annue:

Et dic quod Simætha te uocat: et subduc huc.

Sic dixi. haec autem abiuit, et duxit formosum corpore

In meas domos Delphin: ego autem ipsum postquam cognoui,

Nuper portæ limen ambulantem pede leui.

Dic mei amorem unde uenit ueneranda Luna.

Omnis quidem frigui niae plus: ex autem fronte

Sudor mea stillabat similiter uidis roribus:

Neque quid loqui poteram, neque quantum in somno

Vagiunt clamantes dilectam ad matrem filij.

Sed congelata suu chrystallo pulchrum corpus undique æquiter

Dic mei amorem unde uenit ueneranda Luna.

Et me intuitus amore carens in terram oculos figens

Sedit in lecto, et sedens dixit sermonem.

Certe me Simætha tantum præuenisti, quantum ego

Prius quondam gratus sum currens præoccupauit Philinus,  
 In tuam uocans hanc domum ubi me presentem esse.  
 Dic mei amorem unde uenit ueneranda Luna.  
 Veni enim & ego ita dulcem ueni amore,  
 Vel tertius uel quartus existens amicus statim nocte:  
 Roma quidem in simbus Dionysij seruans,  
 Capiti autem habens populum Herculis sacrum ramum,  
 Vndeque purpureis circum uittis uolutam.  
 Dic mei amorem unde uenit ueneranda Luna.

Et me siquidem susciperetis, haec essent dilecta: etenim leuis  
 Et pulcher omnibus cum iuuuenibus nominor.  
 Requiesceremque, si solum pulchrum os tui ocularer.  
 Si autem aliò me expellitis, & ianua detineatur uictima,  
 Omnino & bipennes & lampades uenirent ad vos.  
 Dic mei amorem vnde venit ueneranda Luna.

Nunc autem gratiam quidem dixi Veneri primū debere:  
 Et post Venerem, tu me secunda ex igne eripuisti.  
 O mulier, inuocans tuam ad hanc domum  
 Sic semiustum: amor autem igitur & formoso  
 Sæpe Vulcano splendorem inflammatiorem incendit.

Dic mei amorem vnde venit ueneranda Luna.  
 Cum autem malis furijs & virginem ex thalamo,  
 Et nympham exteruit adhuc cubilia calida linquentem  
 Viri: sic hic quidem dixit, ego autem eius cito persuasa  
 Manum tangens molles inclinaui ad lectos,  
 Et cito corpus in corpus mansuetum est; & vultus  
 Calidores erant que antea, & susurrabamus suauiter:  
 Et (ut non longe dilecta nuger Luna)  
 Facta sunt maxima, & in desyderium venimus ambo.  
 Et neque quid ille me accusauit usque cras.

## THEOCRITI IDYL

Neq; ego rursus illum. Sed uenit mihi illaq; Philistæ  
 Mater illius meæ tibicinæ: illaq; Melixomis  
 Hodie, quando ad cœlum uercebant equi  
 Auroram roseorum brachiorum ab oceano ferentes;  
 Et dixit mihi aliaq; multa: & p. delphis amat.  
 Et siue ipsum rursus mulieris tenet desideriū, siue & uiri,  
 Non dixit uere scire at tantum semper amoris  
 Puro infundebatur & in finem, iuit fugiens.  
 Et dixit eius coronis domos illas ornare.  
 Hæc mihi hospes fabulata est est autem uera.  
 Certe enim mihi & ter & quater aliquando ueniebat:  
 Et apud me ponebat doricum saepe lecytum.  
 Nunc autem duodecim us dies ex quo ipsum nunq; uidi.  
 Certe non aliud quid iocūdū habet: nostrū aut oblitus est.  
 Nunc quidem philtris uenescabo. si autem adhuc & me  
 Dolore affecerit, inferni portam per parcus uerberabit.  
 Talia ei in cista mala pharmaca dico seruare  
 Assyrio domina ab hospite discens.  
 Sed tu quidem gaudens ad oceanum uerte equos  
 Veneranda: ego autem feram meū dolorem, sicut sustinui.  
 Vale Luna pulchricorporis. ualete autem alia  
 Astra silentis in curru noctis comites.

FINIS SECUNDI IDYLLII.

## ARGUMENTVM TERTII IDYLLII.

**I**N hoc Idyllio introducitur quidam Caprarius nomine Battus amans Amaryllidis, cui fert poma & cornas. Narrat autem Corydoni suum ipsius amorem. Hę quidem igitur res fuerunt circa Crotona Italie: vnde & Amaryllida admonet. Hęc autem species huius Idyllij fuit lasciuia. Dicit igitur. lasciuie uado ad Amaryllida, tē taturus persuadere per cantus & sermones & dona: dimit tens capras mei pascere in monte. ALITER.

**I**Nscribitur Idyllium hoc, Amaryllis, vel Caprarius, vel Lascivus. Lascivus autem Amaryllidi nomine non declarato. Assimilauit autem aliquis lasciuitem Battū esse. Hunc enim Caprarium existentem per alterum facit disputantem Corydoni, & amore quę habebat ad Amaryllida, ostendentem. Fuerunt autē hęc res in Italia iuxta Crotona Sicilię, vnde Amaryllida esse supponit. Poeta autem persona non sit, vt Munatus dicit, ex eo qđ lascivens dicit, nunquid simus appareo. Decipitur autem & circa tempora. Fert autē hic lasciuies dona. i. poma, & cornas Amaryllidi, gratia admitti. hęc autē neq; sermone ipsum dignū putat: ppter qđ tristitia vitā dissoluere p̄dīctus ē. Hęc aut̄ species lasciuia. Tityrum alij dominū, alij satyrū esse dicunt, alij vero secundū simū lasciuire disputat Theocritū, simichidē vocates. Historia ē apud Apolloniū.

## IDYLLIVM TERTIVM.

CAPRARIVS, VEL AMARYLLIS,  
VEL LASCIVVS. DORICA.

BATTVS caprarius



Ado ad Amaryllida. Hę aut̄ mihi capre  
Pascūtur in mōte; & Tityrus ipsas agit.  
Tityre nob̄ pulchre dilecte p̄sce capras  
Et ad fontē age Tityre, & magnostesli-  
culos habentem

Illum libycum album obserua, ne te cornuferiat.

THEOCRITI

O gratiōsa Amarylli, quid me non adhuc hoc in antrum  
Inclinans vocas amatorculum? nunquid me odisti?  
An tibi simus videor prope esse  
Nympha, & mentosus: transgulari me facies.  
Ecce autem tibi de cœm poma fero: illinc decerpsti  
Quo me iussisti decerpere tu, & cras altera tibi feram.  
Vide quidem animum cruciantē meum dolorē: utinā fierē  
Resonans apis, & in tuum antrum uenirem;  
Hederam transiens & pterin qua tu ornaris.  
Nunc cognoui amorem. grauis Deus, certe le genae  
Mammam lactabat, nemoreq; ipsū nutriebat mater:  
Qui me comburens, & in os vsq; laedit.  
Opulchre ipsis̄ totaliter petra, o supercaliū nigrū habēs  
Nympha amplectere me caprarium, ut te osculer.  
Est & in uanis osculis suauis iocunditas.  
Coronam euellere me statim minutu facies.  
Hanc tibi ego Amarylli dilecta hedera seruo,  
Implicans baccis roſæ & redolentibus apīs.  
Hei mihi ego quid patior? qd difficulter saluus ē nō audis?  
Pellicia exutus in vndas illas saltabo,  
Vbi thynnos speculatur Olpis pescator.  
Et si me interficiam: hoc quidem tuum suave fiet.  
Cognoui prius quando me recordante si amas me.  
Neq; telephilum pistum strepuit.  
Sed frustra molli in brachio tabefactum est.  
Dixit & anus uera cribrouaticinans  
Illa prius herbas colligens sequens q; ego quidem  
Tibi totus incumbo: tu autem mei rationem nullam facis.  
Certe quidem tibi albam gemello sparientem caprā seruo:  
Quam me & Hamermnoms Erihacis nigricoloris

**P**ostulat. & dabo ei: quoniam tu mihi delitiaris.

**S**altat oculus mei dexter. nunquid uidebo

**I**psum: cantabo ad pinum hic inclinatus.

**E**t me forte uidebit, quoniam non adamantina est.

**H**ippomenes quādo iam uirginem uoluit ducere uxorem,

**P**oma in manibus capiens cursum perfecit. Atalanta autē

**V**ividit, ualde furiata ē, ualde ī profundū saltauit amore.

**G**regem & uates ab Othryo duxit Melampus

**I**n Pylum. illa autem Biantis in ulnis inclinata est

**M**ater gratioſa ualde prudentis Alpheſibœ.

**I**llam autem pulchram Venerem in montibus oues pascens,

**N**on sic Adonis in plurimum duxit rabieit?

**Q**uare neq; mortuum ipsum sine mamma posuit.

**B**eatus quidē mihi īmutabilē ſomnū dormens

**E**ndynnōn: beatum uoco autem dilecta mulier Iafona;

**Q**ui tot consecutus est, quot non didicisti indigni.

**D**oleo caput. tibi autē non est curae. non amplius cano.

**I**acebo autem cadens, & lupi hic me edent:

**T**anquā mel tibi dulce hoc in gutture fiet.

### FINIS TERTII IDYLLII.

### ARGUMENTVM QVARTI IDYLLII

**I**n hoc Idyllo introducuntur disputantes Battus caprarius, & Corydon bubuleus pascens boues Aegonis: qui persuasus a Milone in olympiam iuit certaturus: etenim fortis erat. Battus autem videns boues existentes tenues, dolet: & dicit q̄ malū bubulum adeptæ sunt: & periclitantur corrumphi. Res autē ordinatæ sunt in Crotonæ ciuitate Italæ. Antiquior autē Milo Theocrito: quoniam Milo septima uincebat. hic autē Theocritus in centesima olympiade viguit.

## ALITER.

**H**oc bucolicū est, Battī capratiī, Corydonis aut̄ bu-  
bulci: qui adinuicē disputat responsiue. Admonet  
aut̄ Theocritus Corydona boues pascētē bubulci  
eiusdā Aegonis: quē dicit in olympiā a Milone luētato  
reductū esse fortē existētē, vt certaret. Hūc aut̄ Battū hæc  
audiēte dicere q̄ malū boues adeptæ sunt bubulcum, &  
sunt tenues. Hæ autē res dispositæ sunt in Crotonæ Sici-  
liae. Nō omnino autē Theocritus in eiusdē téporibus na-  
tus est Miloni: quoniam meminit ipsius: sed adhuc iunior  
multo. siquidem Milo septima vincit. hic autē Theocri-  
tus quēadmodū scimus in centesima olympiade viguit.  
antiquior igit̄ Milo Theocrito: meminit aut̄ ipsius rerū.

# IDYLLIVM QVARTVM

## BVCOLICI CANTORES BAT- TVS ET CORYDON.

Ba.



Ic mihi o Corydon, cuius hæ boues? an  
Philondi?

Co.

Non, sed Aegonis: pascere autem mihi  
ipsas dedit.

Ba.

Certe ubi ipsas clam uespe oēs mulges?

Co.

Sed senex dimittit uitulos, & me obseruat.

Ba.

Ipse autem in quam nonapparens bubulus iuit regionem?

Co.

Non audiisti? ducens ipsum in Alpheum iuit Milo.

Ba.

Et quando ille oleum in oculis uidit?

Co.

Dicunt Herculi ui & fortitudine contendere.

Ba.

Et mihi dixit mater Polydeuce esse meliorem.

Co.

Et iuit habens ligonemq; & uiginti hinc oues.

Ba.

Persuaderet certe Milo & lupos statim rabiescere.

Co.

Hæ buculæ autem ipsum mugientes hic desyderant.

- Ba. Misere hę, bubulum q̄ malum inuenierunt.  
 Co. Certe quidem misere, & non amplius uolunt pascere.  
 Ba. Illius quidem iam uitulę ipsa defecerunt  
     Ossa: non rores pascit quemadmodum cicada.  
 Co. Nō per terrā aliquando quidem ipsam in Aesaro pasco:  
     Et mollis herbe bonum fasciculum do.  
     Aliquando autem saltat obscurum circa Latymnum.  
 Ba. Tenuis quidem & taurus ruber. vtinam assequerentur  
     Lampriadis populares quando sacrificant  
     Iunoni talem; malus. n. populus.  
 Co. Et quidem in Malimum impellitur, inq; illas Physci,  
     Et in Negithum; ubi bona omnia naſcuntur,  
     Egipyrus, & cnyza, & odorifera melitia.  
 Ba. Papæ papæ, ibuni & hę boues o mser Aegon  
     In infernum: quando & tu malam amasti victoriam,  
     Et hęc fistula carie albesit, quam quondam fixisti.  
 Co. Non illa non nymphas: quoniam ad pisam abiens  
     Donum mihi ipsam reliquit. ego autem quidāsum cantor:  
     Et bñ quidē illos Glance pulsādo fono, bñ aut illos Pyrrhi,  
     Laudo illamq; Crotонem: bona cuita illa Zacynthus.  
     Et illum in orientem lacinum, ubi ille pugil  
     Aegon octoginta solus deuorauit panes.  
     Illic & taurum à monte duxit prehendens  
     Vngula, & dedit Amarylli. illæ autem mulieres  
     Longe reclamarunt, & hic bubulus risit.  
 Ba. O gratiſa Amarylli ſoliuſ tui neq; mortuæ  
     Obliuiscemur: quantū capre mihi dilectę: quantū abinisti.  
     Heu heu dura fortuna, que me sortita eſt.  
 Co. Fidere oportet dilectę Batte, forſitan cras erit melius.  
     Spes in viuis. desperati autem mortui.

THEOCRITI

- Et Iupiter aliquando quidē est serenus, aliqñ autē pluit  
Ba. Fido, mitte deo sum uitulos, huius enim oliue  
Germen edunt difficiles. heus albē.  
Co. Heus rubra ad collem. non audis?  
Ibo per Pana malum finem statim daturus,  
Si non discedis istinc, uide, rursus iterum hēc afferpit.  
Vtinam effet mihi curuum pedum ut te uerberarem.  
Ba. Vide me o Corydon per Iouem, hēc enim spina  
Dudum me sic percussit sub calcaneū: ualde autē profunde  
Hēc atractylides sunt: male hēc uitula pereat.  
In hanc uerberatus sum oscitans. nunquid age vides?  
Co. Ita ita, unguibus habeoq; ipsam; hēc & ipsa  
Ba. Quanta est plaga, & quantum uirum domat.  
Co. In montem quando uadis, non exalceatus eas Battas:  
In enim monte Rhamniq; & Tribuli germinant.  
Ba. Dic age mihi Corydon, ille uetulus nunquid adhuc coit  
Illam nigras supercilicia habēt amicam, qua uellicatus est?  
Co. Item o miser, antea quidem ipse ingrediens;  
Et ad mandram deprehendebam quando operabatur.  
Ba. Euge o homo amans cotitus, tibi genus uel satyricis,  
Prope uel panibus malarum tibiarum contendit.

FINIS QVARTI  
IDYLLII.

## ARGUMENTVM QVINTI IDYLLII.

**I**N hoc Idyllio introducunt duo, Comatas caprarius  
Eumarē sybaritē capras pascēs, & Lacō pastor Thurij  
sybaritē pecora pascēs. Amat aut̄ Comatas Alcipē, La-  
con aut̄ Eumedē puerū. Prouocantes igitur adinuicem  
contendūt de bona musica, prēmium uictorij ponentes;  
hic quidē Caprarius hircum, ille autē Pastor agnum. Vo-  
cant autem iudicem cantū Morsona: qui post cantus  
iudicans, Caprario uictoriā dat, qui capiens prēmium  
agnū gaudens & elatus canit musis sacrificans. Est au-  
tē hoc idyllium actuosius, propter respōsiuos cantus, per-  
sona poetæ nō ostensa. Vocatur autem Caprarium & Pa-  
storale: caprario & pastore disputantibus in Italia.

## ALITER.

**I**Nscribitur quidem Idyllium hoc Caprariū & Pasto-  
rale. Disputant autem adinuicē in Italia Pastor & Ca-  
prarius. Actuosius autem est & hoc idyllū, persona  
poetæ nō ostensa. Est autem caprarij nomen Comatas,  
qui Eumarē sybaritē pascit capras: illius quidē pastoris  
Lacon, qui Thurij sybaritē pascit pecora. Habet aut̄ hic  
quidem Comatas puellam Alcipē nomine: ille autem  
Lacon amatum Eumedē. Adinuicem autem prouocan-  
tes, & de bona musa cōtendentes, prēmium uictorij po-  
nunt. hic quidem Caprarius hircum, ille autem Pastor  
agnum. Morsona autem iudicem cantuum faciūt. Perfi-  
cientibus autem certamē iudex Morson caprario victori-  
am tribuit: hic autē in uictoria superbus factus disputat  
cum capris, & hirci ad caprariū appetitum conatur repre-  
mere, uictoriale sacrificium nymphis ordinans.

THEOCRITI YGI  
IDYLLIVM QVINTVM  
VIATORES

COMATAS caprarius, & LACON pastor.

- Co.  Apræ meç illum pastorem Sybaritam  
Fugite Laconia, mei pellē caprinam heri  
furatus est.
- La. Non à fonte heus agnē? nō inspicitis mei  
fistulam paulo ante furatē Comatas?
- Co. Quā fistulā tu emm qñ serue sybgrita  
Possedisti fistulam: quid non adhuc cum Corydone?  
Sufficit tibi stipule foramen sibilare habentis?
- La. Hanc mihi dedit Lycon o liber, tibi autem qualē  
Lacon furatus quando uenit pellem, dic Comatas?  
Neq; enim Eumaræ domino erat in dormire.
- Co. Hanc Crocylus mihi dedit uariam quando sacrificauit  
Nymphis capram, tu autem o male & tunc liquefiebas  
Inuidens: & nunc me tandem nudum posuisti.
- La. Non per ipsum Panu lictoralem non te Lacon  
Pellem expoliauit Calythidis: & ab illa  
Petrica o homo furiens in Craithin saltē.
- Co. Non quidem neq; ipsas palustres o bone nymphas,  
(Quæ mihi hilaresq; & benevolē sint,)  
Non tui fistulam latens furatus est Comatas.
- La. Si tibi credam Daphnidis dolores capiam.  
Sed igitur si uis hēdum ponere (est quidem nihil  
Sacrum) sed tibi cantabo donec neges.
- Co. Sus ad mineruam contentionem contendit. ecce autē iacet  
Hic hēdus. sed age, & tu saginatum agnum contendere.

- La. Sed quomodo uulpes bene hęc erunt ex equo nobis?  
 Quis setas pro lanis incidit? quis autem præsentē  
 Capra primipartus, malam canem uult mulgere?  
 Co. Quicunq; uincere illum prope ut tu credis.  
 Vespa resonans cicadam contra. sed enim nequaq;  
 Hędus equalis in pugna. tu, ecce hircus hic, contendē.  
 La. Non festina: non enim igne combureris. suauius cantabis  
 Hic sub oleastro, & nemoribus his, sedens.  
 Frigida aqua illic defluit. hic nata est  
 Herba, & uirgultum hic, & auiculę hic canunt.  
 Co. Sed non quid festino. ualde autem doleo si tu me audes  
 Oculis rectis inspicere, quem aliquando existentem  
 Puerum adhuc ego docebam: ecce gratia in quid aduenit.  
 Nutrito & fœnus lupi, nutritio canes ut te comedant.  
 La. Et quando ego à te aliquid discens bonum, uel audiens,  
 Memum o inuidē tu & indecens frustra?  
 Co. Quando pedicabam te, tu autem dolebas. capelle autem  
 Hębalabant, & hircus ipsas terebrabat.  
 La. Non profundius illa pedicatione gibbose sepultus sis.  
 Sed enim ueni huc, ueni & postremo bucolice canes.  
 Co. Non ueniam illuc. hic quercus, hic cyperus,  
 Hic bene resonant in aluearibus apes:  
 Vbi aquę frigidę fontes duo: in arbore autem  
 Aues canunt, & umbra nihil similis  
 Iste apud te. mutit autem & pinus superne nucleos.  
 La. Certe quidem agnorumpellesq; & larias hic calcabis,  
 Si ueneris somno moliores. istae autem pelles hircinæ,  
 Que apud te, olen t peius q; tu oles.  
 Statuam autem crater am magnam albi lactis  
 Nymphis, statuam autem & dulcis aliam olei.

## THEOCRITI LYCI

- Co. Si autem et tu uenies teneram filicem hic calcabis,  
 Et pulegium florense suberunt autem capellarum  
 Pelles his apud te moliores saepe agnorum.  
 Statuam autem octo quidem situlas Pam lactis,  
 Octo autem scyphos mellis perfectos fauos habentes.
- La. Iste in me contendere, et istuc bucolice cane.  
 Nam tui ipsius calcans habe querens. sed quis nos  
 Quis iudicabit: utinā veniret aliquid bubulus huc Lycopas.
- Co. Nihil ego illius indigo. sed uirum,  
 Si uis queruum in eis forem uocemus, qui ericas  
 Illas istas apud te ligna colligens. est autem Morson.
- La. Vocem? Co. Tu voca ipm La. Age o hospes parū audi  
 Huc veniens. nos enim contendimus quis melior  
 Bucolice cantor est. tu autē o amice neq; me Morson  
 In gratia iudicabis, nēq; igitur tu hunc iuuabis.
- Co. Ita per nymphas ita Morson, neq; Comatae  
 Plus gubernes, neq; igitur tu huic gratificaberis.  
 Hic autem grex Thurij est sybaritae.  
 Eumarē autem capras uides amice sybaritē?
- La. Nunquid te aliquis interrogabat per Iouem siue sybaritē  
 Siue meu est pessime hoc armentum: ualde loquax es.
- Co. Optime hic ego quidem uera omnia dico.  
 Et nihil gloriatur, tu autem ualde mordax es.
- La. Eia dic siquid dicas, et hospitem in ciuitatem iterum  
 Viuentem dimittit o p̄ean: certe multiloquus es Comata.
- Co. Musae me diligunt multo plus q̄ cantorem  
 Daphnini: ego at ip̄is capellas duas amea aliquid sacrificavi
- La. Etenim me Apollo diligit magnopere, et bonum ipsi  
 Arietem ego pasco; illa autem carneo et iam aduentant.
- Co. Praeter duas; reliquias geminose mixtas capras mulgeo.

- Et me puella aspiciens miser dicit ipse mulges?  
**La.** Papē papē, Lacon calathos manifeste uiginti implet  
 Caseo, & impubem in floribus puerum inquinat.  
**Co.** Percutit & pomis caprarium illa Clearistæ  
 Capras expellentem, & suave sibilando fugit.  
**La.** Et me enim Cratides pastorem facilis obuians  
 Furiat, formosa autem apud ceruicem quatitur coma.  
**Co.** Sed non comparanda sunt cynosbatus neq; anemone  
 Ad rosas: quarum flores apud sæpes nati sunt.  
**La.** Neq; enim neq; glādibus pomamontana. hæc quidē habens  
 Tenuem a prino testam, hæc autem flava.  
**Co.** Et ego quidem dabo uirgini statim palumbum  
 Ex iuniperō deprehendens: illic enim infidet.  
**La.** Sed ego in uestem molle uellus quando totondero,  
 Ouem nigram Cratidæ donabo ipse.  
**Co.** Heus ab oleastro & balantes hic pascite  
 In accluem hunc collem, ubi myricæ.  
**La.** Non à queru hic Conare, hæcq; Cynætha  
 Hic pascetis in orientes sicut Phalarus?  
**Co.** Est autem mihi fistula cypressina, est autem cratera  
 Opus Praxitelis: uirgini autem hæc seruo.  
**La.** Et nobis est canis amansgregis, qui lupos suffocat:  
 Quem puer do feras omnes impellere.  
